

Debriat et documenta serit, manans quasi flumen.
 Officium^a pastoris agit de pectore casto,
 Donec ei donatur apex sedesque patrona.
 Post alios sepelitur et hic ex more fideli.

[XXV.] De sancto Adriano et^b Theodoro.

- Huic comes apponetur, adhuc situs^c e regione,
 Doctor et oratoribus altior ore beato,
 Abbas¹ mirificissimus et recolendus amicis:
 Dicitur hic Adrianus, in omni philosophia
 5 Summus et argutissimus et via duxque salutis.
 Lingua² Pelasga, Latina sibi non nescia, vati^d;
 Artibus hisce præibat^e, lux quasi clara diei.
 Ut taceam, quia regna student ad eum properare:
 Turma colit puerilis eum. Datur inde videri,
 10 Quam plenus pietate fuit, quam mens^f sua læta^g;
 Possumus hinc dinoscere mores eius ovinos.
 Officium^h tutoris agens, puerilia scuto
 Facta vigil custodit et eripit, obside³ iusto.
 Anglusⁱ ibi pernoctat et ardet amore superno.
 15 Quandoquidem prostratur ei gens Anglica nostra,
 Ecclesiæ^k prostretur ei devotio nostræ^l!
 Ad tumulum vigilemus, amando decus puerile,
 Et merita laudemus eum per secula^m laude,
 Ut famulis⁴ imploretⁿ opem munimine simpli!
 20 Coniunctus Theodorus erat sibi perpetuo nodo:
 Hic^o populis fundebat opes, rigat alter abunde.
 Dat Deus incrementa potens, dat fertile semen;
 Multa seges per regna viret de cespite terre^p;
 Per populos iactata levant sata non manu facta^q;
 25 Sed fidei flavescit ager, madet arida suave.
 His^s domus est celata viris; venit inde medela,
 Quæ^r populos^s curare solet valitudine dura;
 Omnis ibi valitudo gravis perit, auspice ritu:
 Lumina dat privatis lumine Gratia diva,

a) 'offitium' T. b) 'et T.' fehlt C. T. c) 'si tuus' C. d) 'nati' C;
 ich verstehe: Griechisch und L. [war] ihm, dem Propheten, bekannt.
 e) 'preibat' L. f) 'meus' C. g) 'læta' C. h) 'Offitium' T. i) 'An-
 gelus' L. k) 'Ecclesiæ' C. l) 'nostre' C. m) 'merita' T. n) 'im-
 plaret' L. o) 'His' L. p) 'terre' C. q) 'iacta' L. r) 'Quæ' C. L.
 s) 'poplos' C.

1) Von S. Austin's 671—710. 2) Cf. Beda, H. Eccl. IV, 1 f.:
 'Graecae et Latinae linguae peritissimus'. 3) Als rechter Bürge. 4) Den
 Mönchen von St. Austin's. 5) Durch diese (sämmlichen in XX—XXV
 genannten Heiligen) ist die Kirche geschmückt; cf. Hor. Epist. 2, 2, 92.